speciali magistri receptam qui prius ordinavit. Quod non receperint clericum nisi sciat intelligere, loqui et scribere latinum et gallicum, et antequam ipsum redpian, tenebitur jurare omnia predicta juramenta (...)

Parisiis, 2 октября 1422.

jurare quod = jurare + Accusativus cum Infinitivo

libra, ae, f.: весы

scrupulum, i, n.: скрупула (ед. массы: 1с.=1,246 г.)

clister

clisterium клизма, клистир

exhalatus, es, um: выдохшийся

recepta, ae, f.: доход; зд.,рецепт

ordinare: назначать

medicabile, is, n.: лекарство

specialiter: специально

clericus, i, m.: зд., лаборант

juramentum, i, n.: клятва

ХИРУРГИ И ЦИРЮЛЬНИКИ (фрагменты Капитулярия Парижского университета)

31 januarii 1411, Parisiis:

Perretta Petonne, quae in vico S. Dionysii chirurgiam exercebat, quanquam a medicis chirurgisque non approbata fuerat, ad instantiam magistrorum chirurgorum vexatur.

7 sept. 1425:

Lis (...) inter chirurgos et barbitonsores Paris, qui praetendebant se, quamvis non approbatos, artem chirurgicam in quibusdam casibus exercere posse.

vicus, i, m.: деревня

Dionysius, ii: Сен-Дени

chirurgia, ae, f.: хирургия

chirurgus, i, m.: хирург

instantia, ae, f.: требование

vexare: преследовать

barbitonsor, oris, m.: цирюльник

Документы:

6 марта 1477:

Цирюльник хирург, все равно что портной — хирург, потому что красивые и хорошие книги, имеющиеся у цирюльников, написаны по-французски, но ни один не может быть хирургом, кто ни слова

не знает по-латыни. В Париже найдется лишь шесть хирургов, которых нельзя было бы причислить ни к остальным городским хирургам, ни к тем из них, кто приезжает в Париж.

Капитулярий Парижского университета

Я изучаю химию, фармацевтику, хирургию...(после множества приключений) Благой Господь призывает меня к моему основному ремеслу. Я вновь беру мою котомку и бритвенный ремень; и затем (...)перехожу как бродяга из одного города в другой.

Бомарше. Женитьба Фигаро. 1784

2. УНИВЕРСИТЕТ

В эпоху позднего средневековья, когда умственная деятельность была достоянием монахов, наряду с развивающимися городами, начиная с XII века появляются люди, избравшие своим ремеслом науку и образование. Подобно другим ремесленным гильдиям, они организуют свои профессиональные объединения, или корпорации, называемые университетами.

Эти люди защищают свои свободы, которым нередко угрожает опасность.



Ректор и доктор парижского университета. С миниатюры из *Града божия*. XV век. Манускрипт из собрания Национальной библиотеки

УНИВЕРСИТЕТ ТУЛУЗЫ ГОРДИТСЯ СВОИМИ СВОБОДАМИ

Hic (...) theologi discipulos in pulpitis et populos in compitis informant, logici liberalibus in artibus tirones Aristotelis eruderant, grammadci balbutientium linguas in analogiam effigiant, organistaepopulares aures mellitti gutturis organo demulcent, decretistae Justinianum extollunt, et a latere medici praedicant Galienum. Libros naturales, qui fuerant Parisiis prohibiti¹, poterunt illic audire qui volunt naturae sinum medullitus perscrutari. Quid deerit vobis igitur? Libertas scolastica? Nequaquam, quia nullius habenis dediti propria gaudebitis libertate. An timetis malitiam populi saevientis vel tyrannidem principis injuriosi? Ne timeatis quia comitis Tholosani liberalitas nobis sufficientem fecit securitatem et de salario nostro et de servientibus nostris

Tholosam venientibus et redeuntibus. Quod si detrimentum rerum suarum patiantur per manus praedonum in dominio comitis, malefactores nostros ad satisfactionem tanquam pro Tholosanis civibus per vires Tholosani Capitolii persequetur. (...) De foro rerum vjaialium (...) tam famae quam nuntio credatis, et his versibus:

Pro parvo vinum, pro parvo panis habetur, Pro parvo carnes, pro parvo piscis emetur. (...)

Epistola transmissa a magistris Tolosanis ad universalia studia alibi florentia. 1229.

1. Decreta magistri Petri de Corbolio Senonensis archiepiscopi:

«(...) nec libri Aristotelis de natural! philosophia nec commenta legantur Parisiis publice vel secreto, et hoc sub poena excommunicationis inhibemus.»

theologus, i, m.: богослов

pulpitutu, i, n.: зд., кафедра

compita, orum, n.: перекресток

informare: учить

logicus, i, m.: преподаватель логики, искусства аргументации

tiro, onis, m.: молодой ученик

eruderare: обтесывать кого-л.

grammaticus, i, m.: преподаватель грамматики

balbutire: бормотать;зд. болтать

in analogiam effigiare: приучать на собственном примере

organista, ae, m.: преподаватель музыки

popularis, e: публичный

mellitus, a, um: нежный

guttur, ris, n.: горло

organum, i, n.: инструмент

demulcere: очаровывать

decretista, ae, m.: преподаватель права

Justinianus, i, m.: Юстиниан, византийский император VI века, оставивший сборники законов римского права, сохраняющие долгое время свое влияние

extollere: прославлять

praedicare: восхвалять

Galienus, i, m.: Гален, знаменитый греческий врач II-IIIвв. до Р.Х.

medullitus: основательно

perscrutari, deponent: исследовать

scolasticus, a, um: относящийся к образованию

habena, ae, f.: узда

malitia, ae, f.: злость

tyrannis, idis, f.: деспотизм

injurius, a, um: несправедливый

comes Tholosanus: граф Тулузы

dominium, ii: владение

malefactor, oris, m.: злоумышленник

Capitolium, ii, n.: Капитолий, ратуша Тулузы

venalis, e: предназначенный для торговли

studium, ii, n.: университет

Senonensis, e: из Санса, г. во Франции в деп. Йонна

commentum, ii, n.: комментарий

inhibere: запрещать

Ученые нередко защищают свою профессию от дилетантов, не имеющих степени:



La mort, miniature d'un livre d'heures du XVI^e siècle.

ЗАПРЕТ НА НЕЗАКОННУЮ ВРАЧЕБНУЮ ПРАКТИКУ

(...) inducimur ut illorum audaciam reprimamus, qui praesumunt ibidem sine examine et licentia practicare, per quod non solum nomen et fama ejusdem Studii denigratur, sed et multa incumbunt mortis pericula et rerum dispendia inferuntur. Et ideo per nos et nostros successores, futuros dominos Montispessulani, prohibemus in perpetuum et destricte omnibus utriusque sexus, Christianis et Judaeis, ne quis in villa Montispessulani et tota ejus dominatione audeat in Facilitate Medicinae aliquod officium practicandi exercere, nisi prius ibi examinatus et licentiatus fuerit. (...)

Datum in Montepessulano, anno Domini MCCLXXII

praesumere: отважиться

ibidem = Монпелье

examen, inis, n.: экзамен

practicare: практиковаться в медицине

Studium, ii, n.: университет

denigrare: уменьшать

incumbere: способствовать несчастью

dispendium, ii, n.: расходы

inferre: зд., приводить к...

destricte: категорически

sexus, us, m.: пол

Judaeus, a, um: иудей

examinatus, a, um: проэкзаменованный

licentiatus: лицензиат

АДМИНИСТРАТИВНАЯ ОРГАНИЗАЦИЯ УНИВЕРСИТЕТА

Университетская корпорация имеет собственный устав: закреплена иерархия званий — бакалавра, лиценциата, доктора, ректора... которые в большинстве своем существуют и по сей день, хотя между ними нет фактического соответствия.



Преподаватели университета г. Понт-а-Мусона. С гравюры XVI века. Парижская национальная библиотека

РЕКТОР

Ректор университета избирается из студенческой среды:

De electione Rectoris et consiliariorum. Rector autem semper clericus existat et de legitimo matrimonio procreatus et tam ipse quam consilarii, viri providi, pacifici et maturi, et in quibus magis splendeat animi probitas quam generis nobilitas, assumantur (...); aetatis suae annum vicesimum quintum necessario debeant complevisse.

Устав Юридического университета г. Монпелье 1339.

Si rector studii, durante ejus officio, assumatur ad honorem doctoratus, (...) officium (...) expirat ipso facto.

Предписание того же университета 1351.

consiliarius, ii, m.: член совета

clericus, i, m.: студент

existere = esse

procreatus, a, um: рожденный

providus, a, um: предусмотрительный; разумный

splendere: выделяться

assumere: избирать

doctoratus, us, m.: докторская степень

ЗАРПЛАТА ПРЕПОДАВАТЕЛЕЙ

(...) Statuimus [ut], quando Doctores legentes suas collectas voluerint facere, simul omnes in eadem die, de qua die per se, alias Rectore interposito, debeant concordare, primam collectam, ex duabus quas tantum possint facere, et non ultra,, faciant inter festum Sancti Andreae et festum Natalis Domini; secundam autem, quae pro banchis consuevit vel etiam pro Doctorum salario, si in prima collecta forte non fuerit satisfactum, inter festum Natalis Domini et Carnisprevium facere teneantur; ita ut, absque aliqua promissione in scolis facienda, quilibet scholaris decem solidos usualis monetae pro tallia Doctoris, et quinque solidos pro banchis, solvere teneatur, nec ad plus, nisi liberaliter dare voluerit, valeat coartari (...)

ИХ КОСТЮМ

ПРОПУСК

(...) Doctores (autem) vel Baccalarii legentes, si fuerint religiosi, numquam sine capa clausa, seculares autem sine capa rotunda vel manica seu tabardo longo legant, vel ad ecclesiam vel intra villam peditando incedant; Doctores autem seculares, legentes Decretum ordinarie, cum capa rubra legere teneantur.

Факультет Права г. Монпелье. 1339.

quando: *зд.* = когда, (за искл. вопрос. конструкции)

legere: читать лекцию (ср. значение сл. «чтение» в англ. яз.)

collecta, ae, f.: сбор пожертвований

alias: в противном случае

aliquo interposito: при содействии кого-л.

concordare: согласовывать

bancha, ae, f.: скамья

salarium, ii, n.: зарплата

carnisprevium, ii, n.: карнавал

absque: помимо (+ Abl.)

promissio, onis, f.: обязательство

scolaris, is: студент

solidus, i, m.: су (денежная ед.)

usualis, e: обычный

moneta, ae, f.: монета

tallia, ae f.: пособие

liberaliter: щедро

valere : мочь +Accusativus cum Infinitivo

coartare: принуждать

Baccalarius, ii, m.: бакалавр

capa, ae, f.: мантия

secularis, e: светский

rotundus, a, um: круглый

manica, ae, f.: мантия с широкими рукавами

tabardum, i, n.: рыцарский плащ

peditare: ходить пешком

Decretum: Каноническое право

ruber, bra, brum: красный

ЖИЗНЬ СТУДЕНТОВ

Студенты университета временами прибывают издалека; они группируются по «нациям»; но само слово «нация» в то время еще не имеет своего современного значения: оно означает объединение тех, кто происходит из одной и той же местности во Франции и за ее пределами.

ПОЧТОВОЕ ОТДЕЛЕНИЕ «ГЕРМАНСКОЙ НАЦИИ В ОРЛЕАНЕ»



Интерьер учебной аудитории. С гравюры XVI века. Парижская национальная библиотека

In nomine Domini juro

I. Me, optima fide et summa cum diligentia, omnium inclitae Nationis Germanicae Sodalium negotia, litteras, pecuniam, aliaque similia quae illorum nomine concredita fuerint, ut illorum legitimum tabellarium, curaturum.

II. Deinde quotannis minimum bis in Germaniam inferiorem me ituru(m) et semel Francfurtum sub nundinas, sodalium nomine (...).

III. Antequam profectionem suscipiam, Nationem et sodales, ut se ad scribendum et mandata sua conficienda parent, programmata admonituro (...).

(Образец присяги почтовых курьеров «германской нации» Орлеанского университета. 12 ноября 1482 года).

inclitus, a, um: прославленный

natio, onis, f.: объединение студентов, собранных по месту рождения

concredere: вверять

tabellarius, ii, m.: почтовый курьер

nundinae, arum, f.: базарный день

sodalis, is: член студенческого объединения

profectionem suscipere: отправляться в путь

programma, atis, n.: объявление

Не все студенты богаты. Временами им живется трудно, и часть из них больше всего напоминает Панурга, как нам это описал Рабле: «Обычный сюжет для недуга, который называли Безденежье, — боль, которой нет равных; однако у него было шестьдесят и три способа достать нужные деньги, из которых самый благородный и распространенный — это мелкая кража тайком.»

Некоторые студенты получают стипендию:

ВЫДАЧА СТИПЕНДИИ

Concessio pro Johanne de Hogenna, laico, Lugdunensis diocesis, [ut] possit in monasterio Sancti Benedicti de Montepessulano, nuper fundato, unam habere cameram, secundum sui status exigentiam, quamdiu vixerit retinendam, ac de vestitu congrue ex dicti monasterii proventibus provideri, sine derogatione similis gratiae illi concessae in monasterio S. Victoris massiliensis.

1366(?)

Бедный студент может спокойно умереть

Si scholaris mortuus adeo pauper existeret, ut de suo honeste non valeat sepeliri, de pecunia Universitatis fiant decenter exsequiae pro eodem.

Юридический факультет г. Монпелье 1339.

concessio, onis, f.: разрешение

laicus, i, m.: мирянин

diocesis, is, f.: епархия

fundare: основывать

camera, ae, f.: келья

exigentia, ae, f.: требование

status, us, m.: положение

congrue: в соответствии с

proventus, us, m.: доход

derogatio, onis, f.: изменение

existere = esse

valere: мочь

exsequiae, arum, f.: похороны

С конца XII века проблема проживания студентов становится такой же неразрешимой, как и в современном Париже. Тогда организуют «коллежи». Для нас коллеж — это небольшое среднее учебное заведение. В средние века — это вид общежития гостиничного типа, благотворительное учреждение, в основе своей предназначенное для того, чтобы принимать бедных студентов и преподавателей.

ПОВСЕДНЕВНАЯ ЖИЗНЬ В СОРБОННЕ

Фрагмент устава сорбоннского коллежа. 15 августа 1274

(...) Nullus comedat in camera nisi ex causa. Si hospes alicui supervenerit, comedat in aula. Si autem illi socio non videatur expediens illum hospitem in aulam adducere, comedat in camera et suam, pro se, non pro hospite, integraliter habeat portionem. Si autem plus voluerit vel pro se vel pro hospite, istud solvere teneatur. Si vero hospes ille fuerit persona valens vel talis per quem possit domus juvari vel socius promo veri secundum iudicium socii qui adducit, tunc possit socius predictus secum vocare unum socium vel duos, ut hospiti faciant solacium et honorem, qui similiter habeant de communi sibi debitas portiones, semper tamen sine damno communitatis.

Item, sociis comedentibus in cameris, colligantur fragmenta ne pereant, et reddantur dispensatori, qui reponet in communi beneficio pauperum clericorum.

Item omnes habeant supertunica clausa, nec habeant forraturas de vario vel grisio, vel de cendato rubeo sive viridi in supertunica vel capucio.

Item nullus socius habeat clavem de coquina.

Item nullus assuetus sit nimis alte in mensa loqui. Qui vero post monitionem super hoc sibi a priore factam nimis alte loquendo excesserit, (...) tenebitur ad penam consuetam in domo, scilicet ad duas quartas vini.

Item de mappis, manutergiis ita sufficienter provideant (procuratores) ut mappae saltem bis in septimana et ter manutergia possint lota haberi et honesta.

15 августа 1274

comedere: есть

camera, ae, f.: келья

aula, ae, f.: большой зал для собраний

socius, ii, m.: член какой-либо группы, эд. студент

expediens, tis: удобный

valens, tis: влиятельный

facere solacium, ii, n. = составить компанию

fragmenta, orum, n.: остатки

dispensator, oris, m.: эконом

clericus, i, m.: клерик (студент)

supertunicale, is, n.: плащ

forratura, ae, f.: меховая накидка

varius, ii, m.: беличий мех

grisius, ii, m.: беличий мех

cendatum, i, n.: накидка из шелка

rubeus, a, um: красный

capucium, ii, n.: капюшон

clavis, .is, f.: ключ

coquina, ae, f.: кухня

monitio, onis, f.: предупреждение

excedere: переступить грань

mappa, ae, f.: скатерть

manutergium, ii, n.: полотенце для рук

septimana, ae, f.: неделя

lotus, a, um: чистый

Студенты трудятся, но также они любят развлекаться

ИГРЫ И ТАНЦЫ

Quod nullus studens ludat:

(...) Statuimus quod nulli scolastici, sub poena excommunicationis, intra vel extra domos quas inhabitant, ludant ad taxillos, aleas, vel alias quovis ludo, in quo pecunia perdi possit (...)

Quod nullus studens tripudiet extra domum:

(...) Statuimus quod nullus Doctor, Baccalarius, vel Sclaris, extra domum suam vel scolarium aliorum, ex quavis occasione vel causa, sub excommunicationis poena, tripudiet.

Университет в Монпелье 1339.



Старинная французская игральная карта. XV в. Парижская национальная библиотека

ПЕРЕПОЛОХ В МОНПЕЛЬЕ

Quod insolentiae circa Carniprevium non fiant. Item, quia ex quibusdam insolentiis quae in Studio Montispessulani, in die carniprevii et diebus ejusdem vicinis, consueverunt fieri, multa olim scandala provenerunt, Statuimus quod in die dominica carniprevii ac per totam septimanam, predictam dominicam precedentem, et duobus diebus sequentibus, nullus Scolaeris, per se vel familiares suos, cum armis vel sine, audeat ad domos aliorum scolarium incedere, pro carnibus vel aliis subtrahendis vel quibusvis aliis insolentiis seu vanitatibus faciendis; quodque, diebus lunae et martis post predictam diem dominicam et ante Cineres concurrentibus, et etiam diebus dictam diem dominicam proxime precedentibus, scolares ad sedes, sicut in diebus aliis, incedentes (...), dum lectiones legentur, pacifice moveantur, non projicientes paleas, lapides vel quaevis alia, nec per ablationem librorum vel rumoribus vel alias impediendo quominus scolares suas audiant et Doctores et Baccalarii perficiant lectiones, prout in aliis diebus est fieri consuetum.

Факультет Права. Монпелье 1339.

quod (*солецизим*) = ut

scolasticus, i, m.: студент

taxillus, i, m.: разновидность фишки

alea, ae, f.: игральная кость

tripudiare: танцевать

scolaris, is, m.: студент

insolentia, ae, f.: нарушение границ дозволенного

Carniprevium, ii: карнавал

Studium, ii, n.: Университет

Monspessulanus, i: г. Монпелье (ю. Франции, деп. Эро)

scandalum, i, n.: скандал

dominicus, a, um: Божий; dies dominica — Воскресение

pro + Abl.= ad + Accusativus cum Infinitivo

subtrahere: тайно уносить

vanitates, um, f.: глупости

legere lectionem: учиться

palea, ae, f.: солома

ablatio, onis, f.: кража

В этом суматошном университетском мире выделяются загадочные и обворожительные фигуры гальярдов — странствующей богемы, которая вдохновляла всю литературу.

ЗАСТОЛЬНАЯ ПЕСНЯ

Ave, color vini clari,

Ave, sapor sine pari,

Tua nos inebriari

Digneris potentia!

O quam felix creatura,

Quam produxit vitis pura,

Omnis mensa fit segura

In tua presentia!

O quam placens in colore,

O quam flagrans in odore,

O quam sapidum in ore,

Dulce lingue vinculum!

Felix venter quem intrabis,

Felix guttur quod rigabis,

Felix os quod tu lavabis

Et beatalabia!

Ergo vinum conlaudemus,

Potatores exultemus

Non potantes confundemus

In eterna tristitia. Amen.

sapor, oris, m.: вкус

inebriari: опьянять

dignari: удостаивать

creatura, ae, f.: творение

securus, a, uxn: беззаботный

sapidus, a, um: вкусный

lingue = linguae

guttur, uris, n.: горло

rigare: орошать; зд., промачивать

labia, orum, n.: губы

potator, oris, m.: любитель выпить

exultare: превозносить

confundere: приговаривать к

Франсуа Вийон, который, возможно, пел эти куплеты, знал гальярдов и раскаивался:

Когда б я, будучи юнцом,
Так не беспутствовал, о Боже!
Давно бы у меня был дом,
А в доме пуховое ложе.
Но, разум леностью стреножа,
Пренебрегал ученьем я.
И вот скорблю, свой путь итожа,
И рвется с горя грудь моя.

Перевод дается по изд.: Ф. Вийон. Сочинения.

Пер. Ю.Б. Корнеева. Санкт-Петербург. 1996

3. ИНТЕЛЛЕКТУАЛЬНАЯ ЖИЗНЬ

Вокруг этих университетов развивалась интеллектуальная жизнь. Однако это «кипение» жизни выразило себя в рамках того мировоззрения, которое для нас, может быть, менее доступно. Мы имеем в виду богословие, т. е., науку о религии. Также для нас невозможно представить здесь тексты самого знаменитого богослова Фомы Аквинского. Но вот тем не менее одна страница св. Бонавентуры, который развивал в нижеследующем тексте идеи св. Григория Турского (см. с. 29). К этим же

вопросам приходят вновь — как мы видели — во «Всеобщей истории» Боссюэ (с.30) и также, — на этот раз вне христианской традиции, — мыслители XIX века.

СМЫСЛ ИСТОРИИ

Sic igitur totus iste mundus ordinatissimo decursu a scriptura describitur procedere a principe usque ad finem, ad modum cujusdam pulcherrimi carminis ordinati, ubi potest quis speculari, secundum decursum temporis, varietatem, multiplicitatem et aequitatem, ordinem, rectitudinem et pulchritudinem multorum divinorum judiciorum, procedentium a sapientia Dei gubernante mundum. Unde sicut nullus potest videre pulchritudinem carminis, nisi aspectus ejus feratur super totum versum, sic nullus videt pulchritudinem ordinis et regiminis universi, nisi eam totam speculetur. Et quia nullus homo tam longaevus est ut totam possit videre oculis carnis suae, nec futura potest per se praevidere, providit nobis Spiritus sanctus librum Scripturae sacrae, cujus longitudo commetitur se decursui regiminis universi.

Св. Бонавентура (1221-1274). *Breviloquium, Prol. 2, 4.*

decursus, us, m.: течение

ordinatus, a, um: правильный

«**describitur**» такое же построение, как с «**dicitur**»

quis = aliquis

speculari, dep.: созерцать

gubemare: управлять

aspectus, us, m.: взгляд

regimen, inis, n.: управление; порядок

longaevus, a, um: старый

caro, carnis, f.: плоть

commetiri se + Dat.: быть соизмеримым с...

Документы:

BOSSUET. "DISCOURS SUR L'HISTOIRE UNIVERSELLE" (III, VIII)

Итак, Бог царствует над всеми народами. Не будем же больше говорить ни о случае, ни о судьбе, или будем, но только как о таких понятиях, которые скрывают наше незнание. То, что случайно по отношению к нашим неопределенным советам, является заранее согласованным с советом более высокого порядка, т.е., с тем советом вечным, который заключает в себе все причины и все следствия в одном и том же порядке. Таким образом, все движется к одному и тому же концу; и не следует все, что мы находим случайным и непредвиденным, объяснять более случайными обстоятельствами.

Из богатейшей латинской поэзии этой эпохи до нас дошло только два фрагмента, темы и образы которых будут повторены величайшим поэтом средневековья.

VANITAS VANITATUM

De contemptu mundi

Est ubi gloria nunc Babylonia? Nunc ubi dirus
Nabugodonosor, et Darii vigor, illeque Cyrus?
Qualiter orbita viribus incita praeterierunt,
Fama relinquitur, illaque figitur, hi putruerunt.
Nunc ubi curia pompaque Julia? Caesar abisti!
Nunc ubi Marius atque Fabricius inscius auri?
Mors ubi nobilis et memorabilis actio Pauli?
Diva philippica vox ubi coelica nunc Ciceronis?
Pax ubi civibus atque rebellibus ira Catonis?
Nunc ubi Regulus? aut ubi Romulus, aut ubi Remus?

Bernard de Morlay (ок. 1140)

Cur mundus militat sub vana gloria

Die ubi Salomon, olim tam nobilis,
Vel Samson ubi est, dux invincibilis,
Et pulcher Absalon, vultu mirabilis,
Aut dulcis Jonathas, multum amabilis?
Quo Cesar abiit, celsus imperio?
Quo Dives splendidus totus in prandio?
Die ubi Tullius, clarus eloquio
Vel Aristoteles, summus ingenio?

Якопоне ди Тоди. XIII в.

Babylonius, a, um: вавилонский

dirus, a, um: жестокий

qualiter: как

orbitus, a, am: путь

incitus, a, um: медленнотекущий

figo, is, ere: делать неизменным

putresco, is, putruī, ere: истлевать

Julius, a, um: императорский

pompa, ae, n. f.: свита

inscius, a, um: не ведающий (+ Gen.)

philippicus, a, um = по имени того, кто произносил «филиппики»: речи Цицерона против Антония

coelicus, a, um: небесный

paх, cis, n. f.: милосердие

rebellis, e: мятежный

militare: бороться

prandium, ii, n.: еда

eloquium, ii, n.: красноречие

Итальянские врачи знаменитой школы в Салерно также составляли в стихах по-латыни свои рецепты.

ОСНОВЫ ГИГИЕНЫ

Si vis incolumem, si vis te vivere sanum,
Curas linque graves, irasci crede profanum.
Parce mero, cenato parum, non sit tibi vanum
Surgere post epulas, somnum fuge meridianum.
Haec bene si serves, tu longo tempore vives.
Si tibi deficient medici, medici tibi fiant
Haec tria: mens laeta, requies, moderata diaeta.

Sex horis dormire sat est juvenique senique;
Septem vix pigro, nulli concedimus octo.
Post caenam stabis, aut passus mille meabis.

Ut sis nocte levis, sit tibi caena brevis.
Pone gulae metas, ut sit tibi longior aetas.

Si vox est rauca, bibe vinum quod bibit ancha.

«Schola Salernitana»

profanus, a, um: плохой

parcere + Dat.: придерживаться чего-л.

cenare: обедать

vanus, a, um: бесполезный

servare: соблюдать

diaeta, ae, f.: диета

meare: проходить

gula, ae, f.: горло, зд.: аппетит

meta, ae, f.: полдень

raucus, a, um: хриплый

ancha, ae, f.: утка

НАЧАЛО ПРЕПАРИРОВАНИЯ

Медицина не может быть эффективной без глубокого знания, насколько это возможно, человеческого тела; поэтому анатомия, т.е. знание, благодаря препарированию, внутренних органов, необходима. Греки включали это в систему своих знаний, но потом римляне, с наступлением христианской эры, наложжили на анатомию запрет. Так, в Париже только в XVI в. эта наука перестает официально считаться святотатством. Однако уже начиная с XIV в. анатомия вновь была введена в практику, — когда тайно, так как весьма трудно и опасно достать труп, когда — благодаря исключительному дозволению, такому, как это:



(...) nos, Karolus, Dei gratia rex Navarrae (...), attendentes dictum Studium tam in necessaria humano generi medicinali scientia florere, quam plurimo numero magistrorum, licenciatorum, baccalariorum et aliorum in eodem studio, et quod prae ceteris aliis studiis universi orbis indicta villa Montispessulani fons medicinalis scientiae reputatur, unde pontifices et principes pro eorum salute a dicto Studio ad se trahunt magistros, propter experientiam, quae potissime in facto medicinali est rerum magistra, eorum supplicationibus inclinati, eisdem supplicantibus concessimus et per presentes concedimus ut gubernator vel bajulus aut alii officiales nostri dictae villae Montispessulani vel ejus baroniae vel rectoriae, seu eorum locum tenentes, singulis

annis, semel tantum teneantur

tradere unum judicatum ad mortem, cujuscumque sexus vel legis existat, sive submersum, sive suspensum, vel aliter, precedente judicato, interfectum, ipsis supplicantibus, pro anathomia facienda, ad simplicem requisitionem cancelarii Studii prefati (...)

Quod ut stabile et perpetuum perseveret, nostrum preseniibus fecimus append! sigillum. Datum Pampiloni, XIa die mensis Junii, anno Domini millesimo CCC^o septuagesimo septimo.

Navarra, ae: Наварра, средневек. королевство, простиравшееся по обе стороны Пиренеев

Studium, ii, n.: Университет

attendere: обращать внимание + Accusativus cum Infinitivo

licenciatus, i, m.: лицензиат

baccalarius, ii, m.: бакалавр

prae + abl. = по сравнению с...

magistra, ae, f.: наставница

inclinatus, a, um: тронутый чем-л.

bajulus, i, m.: балъи, представитель государя

Monspessulanus, i = Монпелье

baronia, ae, f.: владение барона

lex, gis, f.: положение

existere = esse

submergere: топить

judicatum, i, n.: приговор

anathomia, ae: препарирование

pro + ablat. = ad + Acc.

cancelarius, ii: канцлер

prefatus, a, um: вышеуказанный

appendere: ставить, прикладывать

sigillum, i, n.: печать

Pampilonum, i: г. Памплон, столица Наварры, совр. пров. в зап. Испании

АЛХИМИЯ



Laboratoire d'alchimiste. D'après une gravure sur bois du xv^e siècle.

Лаборатория алхимика. С гравюры XV в.

Вы уже слышали разговоры об этих любознательных людях, которые были алхимиками. Они хотели осуществить трансмутацию металлов в золото. В следующих текстах вы поймете то, в какой мере их искусство было нередко близко к мошенничеству, более или менее сознательно, — и также то, в какой мере алхимики подготовили возникновение химии.

Алхимики ревностно хранили в тайне свои рецепты; для непосвященных они временами использовали свои формулы. Вы найдете одну из них во втором рецепте трансмутации. Она остается довольно загадочной, и подробные объяснения в примечаниях — всего лишь гипотеза. Другую формулу, более легкую для расшифровки, вы найдете в рецепте приготовления спирта; каждая буква (за исключением третьей в первом слове) была выбита клинком. Даже не будучи экспертом в области криптографии, или тайнописи, вы сможете разгадать эту маленькую тайну, ключ к которой, впрочем, помещен на с 75.

ДВА РЕЦЕПТА ТРАНСМУТАЦИИ



Добывание металлов. Факсимиле одной гравюры на дереве. — «Cosmographie universelle» — из г. Мюнстера; in-folio. Базель. 1552

— Ad faciendum aurum optimum.

Aeris partes III, argenti pars I; simul confla et adjicies auripigmenti non usti partes III. Et cum valde calefeceris, sinito ut refrigeret, et mitte in patina, et oblige argilla, et assa donee fiat cerusa, tolle et confla, et inuenies argentum. Si autem multum assaveris, net electrum, cui si pars I auri addideris, fiet aurum optimum.

— Accipe limpidiore lapides e torrente et combure eos; in subtilissimum pulverem redige, cui tres partes de subtilissimo pulvere Wętcqazieç¹; misce cum testa fortissima, pone et mitte in fornace ad hoc aptata; de siccis lignis fagi facies ignem fortissimum, et cave a fumo, cinere, et carbonibus; cumque coeperit fundi, exagita cum spatula ferrea, donee fiat liquor clarissimus, et operare quod vis, et erit topazion.

Liber Sacerdotum, переведено с арабского

1. В качестве интерпретации этого загадочного слова предложили транскрипцию греческого выражения, переданного латиницей: ὡς η τοπάζιος = подобно топазу

aes, aeris, n.: медь

conflare: делать сплав; плавить

auripigmentum, i, n.: аурипигмент, трехсернистый мышьяк

urere: жечь

valde: сильно

calefacere: нагревать

sinere: позволять

refrigerare: охлаждать

mittere: класть 1

oblinere: обмазывать

argilla, ae, f.: горшочная глина

assare: накаливать

cerusa, ae, f.: свинцовые белила

electrum, i: электрум (смесь золота и $\frac{1}{4}$ серебра)

limpidus, a, um: чистый

comburare: сжигать

subtilis, e: тонкий

redigere: превращать в...

testa, ae, f.: глиняный сосуд

fornax, acis, f.: печь

aptare: готовить

fagus, i, f.: бук

carbo, onis, m.: уголек

spatula, ae, f.: шпатель

ferreus, a, um: железный

operari, dep.: работать

topazion, ii, n.: топаз

РЕЦЕПТ ДЛЯ ПРИГОТОВЛЕНИЯ СПИРТА

De commixtione pun et fortissimi xknk cum III qbsuf tbmkt cocta in ejus negocii vasis fit aqua quae accensa edit flammam:

Фрагмент из «Marrae clavicula» XII век

ПРИГОТОВЛЕНИЕ «ГРЕЧЕСКОГО ОГНЯ» (ПЕРЕВОД С АРАБСКОГО)

(...) Modus ignis ad comburendos hostes ubicumque sitos. R(ecipe) Balsamum, oleum Ethiopiae, alkitran et oleum sulphuris. Haec quidem omnia in vase fictili reposita in fimo diebus XV subfodias. Quo inde extracto corvos eodem perungensJid hostilia loca (.....) destinabis. Oriente enim sole, ubicumque id liquefactum fuerit, accendetur. Verum semper ante solis ortum aut post occasum ipsos praecipimus esse mittendos.

КАК ОЧИЩАТЬ ПОВЕРХНОСТЬ МЕТАЛЛОВ

Aqua acuta omne metallum dealbans. Accipe de .sale ammoniaco, sale communi cum alumine, aequali pondere, et pone in vase acetum album continenti; in quo fac aliquantulum bullire vas metallicum et recipiet albedinem. Lava postea et terge cum panno lineo et postea frica sabulo.

Фрагмент из Liber ignium, перевод трактата, написанного арабским автором, выполнен в XII или в XIII веке.

commixtio, onis, f.: смесь

coquere, coquo, is, coxi, coctum: сжигать

vasa, orum, n.: сосуд

comburare: сжигать

balsamum, i: бальзам, разновидность смолы

alkitran: (арабск.) смола

oleum, i, n.: масло

sulphur, is, n.: сера

fictilis, e: глиняный

fimus, i, m.: навоз

subfodire: закапывать

corvus, i, m.: ворон

perungere: смазывать

destinare: посылать

acutus, a, um: кислый

dealbare: очищать

alumen, inis, n.: квасцы

acetum, i, n.: уксус

bullire: кипеть

albedo, inis, f.: белизна

tergere: вытирать

pannus, i, m.: ткань

lineus, a, um: льняной

fricare t натирать

sabulum, i, n.: песок

xknk = vini

qbsuf = parte

tbmkt = salis

Наконец, познание мира ушло далеко вперед благодаря смелости путешественников: Марко Поло посещает Китай; скандинавские моряки Эрика Рыжего достигают берегов Северной Америки; португальцы и испанцы начинают открывать путь, который станет дорогой в Новый Свет.

ЭКСПЕДИЦИЯ НА КАНАРЫ (XIV ВЕК)

Anno 1341, a mercatoribus florentinis apud Sobiliam, Hispaniae ulterioris civitatem, morantibus, litterae allatae sunt (...). Aiunt quidem primo die mense julii hujus anni, duas naves, impositis in eisdem a rege Portugalli opportunis ad transfretandum com meatibus, (...) et homines florentinorum, genuensium et hispanorum castrensi-um et aliorum hispanorum, a Lisbona civitate, datis velis, in altum abiisse, ferentes insuper equos et arma, et machinamenta bellorum varia ad civitates et castra capienda, quaerentes ad eas insulas quas vulgo repertas dicimus et ad has, ferente vento secundo, post diem pervenisse omnes: et demum mense novembris ad propria remeasse, secum haec pariter afferentes: primo quidem quattuor homines ex incolis illarum insularum duxere; pelles praeterea plurimas hircorum atque caprarum, sebum, oleum Siscis, et phocarum exuvias, ligna rubra tingentia fere ut verzinum; insuper et arborum cortices aequo modo in rubrum tingentes, sic et terram rubram.

G. Boccaci de Certaldo.

mercator, oris, m.: купец

florentinus, a, um: флорентийский

Hispania ulterior: Португалия

transfretare: пересекать

cortimeatus, us, m.: провиант

genuensis, e: генуэзский

castrensis, e: кастильский

dare vela in + Acc.: отплывать

demum: только

propria, pl. n.: собственность

remeare: возвращаться

hircus, i, m.: козел

sebum, i, n.: сало

oleum, i, n.: масло

phoca, ae, f.: тюлень


exuviae, arum, f.: шкура, снятая с животного

tingere: красить

verzinum, i, n.: красящее дерево (брезил)

cortex, icis, m.: кора

4. ВЕРА, ВОЗДВИГАЮЩАЯ СОБОРЫ



Старинная церковь Сен-Поль де Шан в Париже, основанная в VII веке св. Элигием, реставрированная и частично реконструированная в XIII веке

В средние века религиозная вера была не только формой внутренней духовной жизни. Она также диктует поступки внутренней духовной жизни и проявляет себя конкретно тысячами способами. Вера — это не только личное дело, — глубоко связанная с общественной жизнью, она выражает себя в великих коллективных предприятиях, паломничествах и строительствах

кафедральных соборов, — нижеследующие тексты, им посвященные, позволят вам понять эту духовность.

ПРАЗДНИК ОСЛОВ В БОВЕ

В XVII веке религия станет серьезной, суровой, иногда даже педантичной. Напротив, в средние века, по причине своей живости, она была простой, не знающей условностей. Этот рассказ показывает, что религия допускала даже такие обычаи, которые в наши дни показались бы откровенно дерзкими.

Ut Virginem Mariam in Aegyptum cum puero Jesu fugientem repraesentarent, pictoribus mmium creduli pulcherrimam eligebant puellam quae infantem in sinu gestans, et super asinum ad id eleganter ornatum sedens, ab Ecclesia Cathedrali ad parochiam S. Stephani magno cum apparatu ducebatur, comitante clero et populo. Ad parochiam cum pervenisset ille coetus, sanctuarium ipsum ingrediebatur puella quae cum asino a parte Evangelii prope altare collocabatur, moxque incipiebat missa solemnitas cujus «Introitus», «Kyrie», «Gloria» «Credo» etc. hac modulatione Hinham concludebantur.

Du Cange.

Orientis partibus
Adventavit asinus
Pulcher et fortissimus
Sarcinis aptissimus.

*Hez, sire Asnes, car chantez,
Belle bouche rechignez:
Vous aurez du fain asses:
Et de Vavoine a plantez. .*

Lentus erat pedibus
Nisi foret baculus
Et eum in clunibus
Pungeret aculeus.

Hez, sire asnes, etc.

Песнопение (Манускрипт VI века)

Распеваает Ослик всласть
До того, что корчит пасть.
Вдоволь сена, Ваша Честь! —
На весну овса — не счесть!

credulus, a, um + Dat.: верующий
gestare: нести
parochia, ae, f.: приход
apparatus, us, m.: пышность
clerus, i, m.: клир
comitare: сопровождать
coetus, us, m.: процессия
sanctuarium, ii, n.: алтарь
altare, is, n.: алтарь
modulatio, onis, f.: ритмично произносимая аккламация
adventare = advenire
sarcinae, arum, f.: ноша
baculus, i, m.: посох
clunes, ium, m.: круп у лошади
pungere: колоть
aculeus, i, m.: стрекало, острая палка погонщика

Так как религиозная вера была столь спонтанной и иногда выходила из-под контроля, то она сообщала людям идею таких предприятий, которые сегодня показались бы ему если не чудными, то, по крайней мере, рискованными. Так, например, знаменитое паломничество в Сантьяго-де-Кампостела, сто в Галисии: Сантьяго находится в 500 км от современной французской границы; паломничество происходило пешком.

В ПИРЕНЕЯХ, НА ПУТИ В КАМПОСТЕЛЛУ. ВОСПОМИНАНИЯ О КАРЛЕ ВЕЛИКОМ И ЛЕГЕНДА О РОЛАНДЕ

In summitate vero ejusdem montis est locus quod dicitur Crux Karoli quia super illum securibus et dolabris et fossoris ceterisque manubriis Karolus, cum suis exercitibus in Yspaniam pergens, olim tramitem fecit signumque dominicae crucis prius in eo elevavit et tandem, flexis genibus, versus Galleciam Deo et Sancto Jacobo precem fudit. Quapropter peregrini, genua sua ibi curvantes versus Sancti Jacobi patriam, ex more orant et singuli singula vexilla dominicae crucis infigunt. Mille etiam cruces ibi possunt inveniri; unde primus locus orationis Sancti Jacobi ibi habetur. In eodem monte, antequam Xpistianitas in locis yspanicis ad plenum augmentaretur, Navarri impii et Bascli peregrinos ad Sanctum Jacobum pergentes non solum depredari, verum etiam, ut asinos, equitare et perimere solebant. Juxta vero montem illum, versus scilicet septentrionem, est vallis quae dicitur Vallis Karoli in qua hospitatus fuit idem Karolus cum suis exercitibus quando pugnatore in Runciavalle occisi fuere; per quam etiam multi peregrini ad Sanctum Jacobum tendentes transeunt, nolentes

montem ascendere. Postea vero in descensione ejusdem montis, invenitur hospitale et ecclesia in qua est petronus quem Rotolandus, heros potentissimus, spata sua, a summo usque deorsum, per medium trino ictu sedit. Deinde invenitur Runciavallis, locus scilicet quo bellum magnum olim fuit factum in quo rex Marsirus et Rotolandus et Oliverus et alii pugnatore cum XL xpistianorum simul et Sarracenorum occisi fuere.

Le Guide du Pèlerin de St.-Jacques de Compostelle (J. Vielliard, Protat édit. Mâcon. 1938).

summitas, atis, f.: вершина

securis, is, f.: топор

dolabra, ae, f.: кирка

manubrium, ii, n.: рабочий инструмент

fossor, oris, m.: саперная лопата

pergere: отправляться

trames, ids, m.: тропа

dominicus, o, um: Господень

flectere, flecto, is, exi, exus: склонять

Gallecia, ae, f.: Галисия, обл. в Испании

peregrinus, i, m.: паломник

curvare: сгибать

vexillum, i, n.: знамя

Xpistianitas: христианство

augmentare: приумножать

Navarri, orum: наваррцы

Bascli, orum: баски, пиреннейские горцы

depredari: обкрадывать

equitare: ездить верхом

perimere: убивать

hospitari: быть принятым на постой

hospitale, s, n.: богадельня

petronus, i, m.: обломок скалы

spata, ae, f.: меч

deorsum: донизу

trinus, a, um: трое, три

scindere, o, is, scidi, scissum: разрубать

Marsirus, i: Марсилиий, сарацинский король

Sarraceni, orum: сарадины

Но более осязаемым свидетельством живой веры для нас является, конечно, то необычайно творческое развитие, которое охватило Европу и особенно — Францию.

«БЕЛЫЕ ОДЕЖДЫ ЦЕРКВИ...»

Igitur infra supradictum millesimum, tertio jam fere imminente anno, contigit in universo pene terrarum orbe, praecipue tamen in Italia et in Galliis innovari ecclesiarum basilicas; licet pleraeque decenter locatae minime indiguissent, aemulabatur tamen quaeque gens christicolarum adversus alteram decentiore frui. Erat enim instar ac si mundus ipse excutiendo semet, rejecta vetustate, passim candidam ecclesiarum vestem indueret. Tunc denique episcopalium sedium ecclesias pene universas, ac cetera quaeque diversorum sanctorum monasteria, seu minora villarum oratoria, in meliora quique permutavere fideles.

Год 1002. Rodulfi Glabri Historiarum lib. II, IV, 13.

infra + Acc.: позже

millesimum, i: тысячелетие

innovare: обновлять

basilica, ae, f.: базилика

locare: располагать

indigere, eo, es, ui: иметь недостаток в чем-л.

aemulari: бороться

christicola, ae, m.: христианин

est instar ac si: как будто

excutire: отряхивать

passim: повсюду

permutare: изменять

КОЛЛЕКТИВНЫЙ ЭНТУЗИАЗМ

Videre erat mirabile et relatu erit incredibile, de quam longe quanta hominum multitudo quantoque studio et laetitia lapides; calcem, sabulum, ligna, quaecumque open erant necessaria, nocte ac die, plaustris et curribus gratis propriisque expensis non cessarent advehere. Ipsi quoque lapides maceriales atque in fundamento grandes atque gravissimi positi (...), qui, in tota Hasbania cum non possunt reperiri, de alienis partibus comprobantur apportati. Columnas autem de Guormatia per Rhenum Coloniam usque navigio deductas, (...) tanquam a Colonia usque ad nos per terram vehendas, populus vicatim, funibus plaustris injectis, ardentissimo studio rapiebat, et sine omni boum jumentorumque amminiculo, per ipsum quoque fundum Mosae sine ponte catervatim ad nos ymnisonis vocibus perducebant.

XI век. Gesta abbatum Trudonensium. Аббатство де Сен-Трон, недалеко от Льежа

calx, cis, f.: известь

sabulum, i, n.: песок

plaustrum, i, n.: телега

currus, us, m.: повозка

gratis: даром

expensum, i, n.: расход

macerialis, e: необработанный

Hasbania, ae: Гасбаний, область в Бельгии, недалеко от Льежа

Guormatia, ae, f.: Вормс, г. в ю.-з. Германии

Colonia, ae, f.: Кельн, г. в сев. Германии

tanquam + Adject. verb.: как будто бы

vicatim: по всем селениям

funis, is, m.: канат

amminiculum, i, n.: помощь

fundus, i, m.: глубина

Mosa, ae, f.: Мозель, р. в Люксембурге, Франции и Германии, приток Рейна

catervatim: связками

ymnisonus, a, um: певчий

МОНАХИ-КАМЕНЩИКИ

(...) Cum aliqui [monachi], ut assolent, erubescerent et manus apponere in subvehendo quod mundabatur subterfugerent, vir humilitatis et gratiae, Fredericus, vere monachus, terrae fossor accessit, et quod effossum est onere facto exportavit. Quis jam similia facere erubesceret, cum videret Fredericum, comitis filium, fratrem duorum ducum, imperatoris consanguineum, et fecisse et non erubuisse? Fecit et huic simile opus in turrium exstrukione. Cum enim jam in altum structura porrigeretur, et strumentum illud quod «avis» nominatur, subreptione caementi aptatum, perpauci essent qui ferrent, his qui huic officio erant deputati alias, ut credimus, occupatis, videns vir beatae memoriae quemdam de nobilioribus adstantem, ut sumeret ligneum illud strumentum et caementum collo, ut moris est, subveheret ammonuit. Qui cum erubesceret, et suis id natalibus incongruum adstrueret, vir mitissimus, cervice subposita, quod rogabat primus implevit. Ac deinde, porrecto juveni instrumento eodem, suo docuit exemplo ut disceret facere quod fecerat comes, comitis filius (...).

XI век. Chronicon Hugonis, abb. Flaviniacensis. Гюго де Флавиньи.

Аббатство Сен-Ванн в Вердене

monachus, i, m.: монах

assolere: иметь обыкновение
erubescere + Inf.: стыдиться
subterfugere+ Inf.: уклоняться от; избегать
subvehere: перевозить
mundare: очищать
fossor, oris, m.: саперная лопата
effodere, io, is, fodi, fossum: выкапывать
consanguineus, a, um + Gen.: родственный
strumentum, i, n.: приспособление
subvectio, onis, f.: доставка
caementum, i, n.: цемент
deputare: предназначать
ligneus, a, um: деревянный
collum, i, n.: шея
natales, ium, m.: происхождение
incongruus + Dat.: не соответствующий чему-л.
implere: выполнять
comes, itis, m.: граф

ПРОИСШЕСТВИЯ ВО ВРЕМЯ РАБОТЫ И ЧУДЕСА

Hujus rei testis est noster monachus, nomine Salustius, vir vitae et morum honestate conspicuus. Hic namque, precepto patris cenobii parens, montem, in quo lapidum caesores ad opus aedificandi monasterii operi instabant, cum viginti et sex jugis boum expetit, ut vehiculo epistilia deduceret necnon et ingentes basium moles. Sicque, onusto (...) plaustro, dum per devexum montis latus descendunt, dumeta quaedam offendunt, quae, nuper praecisis ramis, a terra acutissimas sudes porrigebant. (...) Prominentes stirpes cursum rotarum impediunt. Ad quem laborem sublevandum omnes qui aderant humeris lacertisque, axi pro gravi pondere inter modiolos fumiganti, nituntur et quibuscumque possunt ingeniis auxilio ruunt. Quos inter Hugo, qui huic negotio praeerat, cum magno assere medium sese infert, ac dum vi valida haerentem inter radices fruticum rotam enititur eruere, ipse lapso pede sub plaustro ruit, cujus supra crura tota illa machina transiens, post se fere sex passibus per arbusta eum rapuit. Quo viso, omnes laborem abjicientes, ad eum auoniti currunt, sanctaeque Fidis unanimiter auxilium invocantes (...) Ipse debilis magister, arcuatum crus amplexans inter utrasque manus, ita ad pristinum redegit rigorem, veluti ac si tepida cera compactum fuisset. Denique sanctae virginis virtute medicatus, alacri mente ad coeptum prosilit opus et usque ad jam dictae gloriosae martiris basilicam saxum deduxit onus.

Liber miraculorum Sanctae Fidis (XI век). Монастырская церковь в Конк-ан-Руэрге.

monachus, i, m.: монах
conspicuus, a, um: замечательный
cenobius, ii, m.: монах
caesor, oris, m.: каменотес
instare operi: усердно трудиться
jugum, i, n.: упряжка
epistilium, ii, n.: архитрав
basis, is, f.: фундамент
onustus, a, um: нагруженный
plaustrum, i, n.: телега
devexus, a, um: отлогий
dumetum, i, n.: куст терновника
praecidere: обрезать
sudis, is, f.: колючка
lacerti, orum: zd. предплечья
axis, axis, f.: ось
modiolus, i, m.: спица
fumigare: дымиться
asser, eris, m.: палка
frutix, icis, f.: куст
eniti + inf.: стараться изо всех сил
crus, ris, n.: нога
unanimiter: все вместе
debilis, e: покалеченный
arcuatus, a, um: сломанный
amplexare: висеть
rigor, ris, m.: упорство
tepidus, a, um: теплый
compingere, o, is, pegi, pactum i: прикреплять
medicatus, a, um: исцеленный
prosilire: устремляться

СВЯТОЙ БЕРНАР — ПРОТИВ ПРИЧУДЛИВОГО ДЕКОРА
В РОМАНСКИХ МО НАСТЫРЯХ

Caeterum in claustris, coram legentibus fratribus, quid facit ridicula monstruositas, mira quaedam deformis fbrmositas, ac formosa deformitas? Quid ibi immundae simiae, quid feri leones? quid monstruosi centauri? quid semi-homines? quid maculosae tigrides? quid milites pugnantes? quid venatores tubicinantes?

Videas sub uno capite multa corpora, et rursus in uno corpore capita multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda serpentis, illinc in pisce caput quadrupedis. Ibi bestia praefert equum, capram trahens retro dimidiam; hic cornutum animal equum gestat posterius. Tam multa denique, tam mira diversarum formarum ubique varietas apparet, ut magis legere libeat in marmoribus quam in codicibus, totumque diem occupare singula ista mirando quam in legem Dei meditanda. Proh Deo! si non pudet ineptiarum, cur vel non piget expensorum?

Святой Бернар. Apologia ad Guillelmum. 1123-1125.

claustrum, i, n.: монастырь

formositas, atis, f.: красота

deformitas, atis, f.: уродство

immundus, a, um: безобразный-

simia, ae, f.: обезьяна

maculosus, a, um: пятнистый

tigris, idis, f.: тигр

venator, oris, m.: охотник

tibicinare: трубить в охотничий рог

cauda, ae, f.: хвост

praeferre: нести

comutus, a, um: рогатый

posterius: сзади на спине

codex, icis, m.: книга

ineptiae: нелепость

expensa, orum: расходы

ДОГОВОР МЕЖДУ ХУДОЖНИКОМ И АББАТСТВОМ



Св. Бернар берет в пользование, вместе с монахами Сито, аббатство в Клерво. Внизу на гравюре читается: «Св. Бернар, капеллан Девы Марии, происходит из Бургундского королевства...» В действительности, св. Бернар по матери был связан с домом бургундских герцогов. Chronique abrégées de Bourgogne. Манускрипт XV в. Библиотека Амброзиана в Милане. Фермен Дидо

Quidam homo, nomine Fulco, pictoris arte imbutus, venit in capitulum Sancti Albini ante Girardum abbatem et totum conventum et ibi fecit talem convenientiam: pinget totum monasterium illorum et quicquid ei preceperint, et vitreas fenestras faciet. Et ibi frater eorum devenit et insuper homo abbatis liber factus est; et abbas et monachi unum arpennum vineae dederunt ei in feuvum et unam domum, tali pacto ut in vita sua habeat, et, post mortem ejus, ad sanctum redeant, nisi talem habuerit filium qui sui patris artem sciat et inde sancto Albino serviat. Huic facto interfuerunt isti laici: Ra inaldus Grandis, Warinus cellerarius...

Картулярий Аббатства св. Альбина. Анже 1082-1106

imbutus, a, um: обученный

capitulum, i, n.: chapitre

abbas, atis, m.: аббат
conventus, us, m.: монастырская братия
convenientia, ae, f.: согласие
insuper: сверх того
arpennum, i, n.: арпан (старинная французская земельная мера)
vinea, ae, f.: виноградник
feuvum, i, n.: собственность
pactum, i, n.: условие
cellerarius, ii, m.: казначей

ОРГАН XIII ВЕКА

Allia in ecclesia unum quid erat quod mihi non mediocriter complacuit, quod ad Deum laudandum et excitandum David canticis suis inseruit: «Laudate, inquit, Dominum in chordis et organo.» Ibi siquidem instrumentum vidi musicum, fistulis aereis compactum, quod follibus excitum fabrilibus suavem reddebat melodiam, et, per continuam diapason et per symphoniae sonoritatem, graves et medias et acutas voces uniebat, ut quidam concinnentium chorus putaretur clericorum, in quo pueri, senes, juvenes jubilantes convenirent et continerentur. Organa illud vocabant, certisque temporibus excitabant.

Baldrici itinerarium (XII столетие)

excitus: колеблемый
follis fabrilis: кузнечные мехи
diapason, indeclin.: октава
symphonia, ae, f.: аккорд
unire: соединять
concinnere: петь вместе
jubilare: издавать радостные возгласы
Baldricus, i: Балдрик, архиепископ г. Дола (вост. Франция, деп. Юра)
ëcclesia: монастырь в Фекане
unum quid: одна вещь
canticum, i, n.: песнопение
inserere: включать
chorda, ae, f.: струнный инструмент
organum, i, n.: орган
musicus, a, um: музыкальный
fistula, ae, f.: труба
aereus, a, um: медный

compingere: изготавливать

Документы:

В XI в. бенедиктинец Гвидо д'Арецо дал нотам в гамме те названия, которые они носят до сих пор. Для этого он выбрал первые слоги из каждого полуступишия стихотворения Павла Диакона (VIII в.), «Гимн Иоанну Крестителю»:

UT queant laxis REsonare fibris
MIRA gestorum PAmuli tuorum,
SOLve polluti LABii reatum,
Sancte Johannes.

queo: могу

laxus, a, um: открытый, широкий

fibra, ae: чрево

resonare: воспевать

famulus, i, m.: служитель

solvere reatum: заглаживать вину

labium, ii, n.: уста

pollutus, a, um: целомудренный

5. ЕРЕТИКИ И НЕВЕРНЫЕ

Однако было бы далеко не верным представлять эту религиозную веру как очевидное убеждение и как что-то совершенно постоянное, что ничто бы не беспокоило и чему ничто бы не угрожало.

Христианство по мере развития экономических и социальных условий оказалось перед лицом новых проблем, например, необходимостью торгово-денежных отношений; с другой стороны, развивается интеллектуальная жизнь, и благодаря этому брожению мысли выявляются тенденции более или менее ортодоксальные. Подобные изменения не могут происходить без потрясений, и, несомненно, не будет преувеличением сказать, что в средние века в рамках христианской культуры известны такие глубокие раздоры, как и войны, которые нередко казались особенностью Нового времени, такие, как, Реформация, религиозные споры XVII века, философские баталии XVIII века, борьба социалистов XIX и XX века.

С другой стороны, если христианство царствует в Европе, — от Испании до России, — его власть не повсеместна. За пределами христианского мира процветает живая и оригинальная культура.

Ислам, как мы уже видели, значительно ушел вперед. Именно в кровавых войнах эти культуры научились лучше понимать друг друга.

Наконец, в самой Европе христиане соседствуют с неверными, евреями, чье присутствие является причиной постоянных потрясений.

Также подъем духовной жизни, которая оживила эту эпоху, не должен нам помешать видеть пламя костров, погромов и горящих городов.

ЕРЕСЬ КАТАР: ИХ УБЕЖДЕНИЯ



Hi omnes, membra Antechristi, primogeniti Sathanae, semen nequam, filii scelerati, in hypocrisi loquentes mendacum, corda simplicium seducentes, provinciam narbonensem veneno suae perfidiae infecerant fere totam. Romanam ecclesiam speluncam latronum esse dicebant (...) Sacramenta ecclesiae usque adeo adnullabant ut sacri baptismatis undam ab aqua fluviali non distare, sacrosancti corporis Christi hostiam a pane laico non differre publice dogmatizarent, simplicium auribus hanc instillantes blasphemiam quod Christi corpus, etsi magnitudinem Alpium in se contineret, jamdudum consumptum a comedentibus et annihilatum fuisset; confirmationem, extremam unctionem, confessionem frivolas esse et inanes omnino reputabant. Resurrectionem quoque carnis diffidentes, quasdam adinventiones confingebant inauditae,

Илл. Ученики Амория сожжены на костре по приказу Филиппа-Августа (1298). Факсимиле миниатюры из *Хроник аббатства Сен-Дени*. Манускрипт XIV века. «Бургундская библиотека». Брюссель

dicentes animas nostras esse spiritus illos angelicos qui, per superbiae apostasiam precipitati de caelo, corpora sua glorificata in aere reliquerunt, et ipsas animas, post successivam qualiumcumque septem corporum terrenorum inhabitationem, quasi tunc demum penitentia peracta, ad ilia relicta corpora remeare (...).

Petri Vallium Sarnaii monachi historia albigensis.

primogenitus, i, m.: старший сын

nequam: негодный

hypocrisis, is, f.: притворство

Narbonensis, e: нарбоннский

inficere: заражать

spelunca, ae: логово

adnullare: ликвидировать

baptisma, tis, n.: крещение

fluvialis, e: речной

distare: отличаться от...

laicus, a, um: мирской

dogmatizare: утверждать в качестве догмата

instillare: внушать

blasphemia, ae, f.: богохульство

comedere: вкушать

diffiteri: отрицать

apostasia, ae: грех

corpora glorificata: прославленное тело

qualiscumque: какой-нибудь

terrenus, a, um: земной

peragere: завершать

remeare: возвращаться

ИХ УНИЧТОЖЕНИЕ (по оценке Лаво)

Nobilis autem comes proposuit ut omnes patibulis suspenderentur; sed cum Aimericus, qui erat major inter alios, suspensus fuisset, cadentibus furcis, quae prae nimia festinatione bene non fuerant terrae affixae, videns comes quod mora magna fieret, alios occidi precepit; quos peregrini avidissime suscipientes in eodem loco citius occiderunt. Doni inam etiam castri, quae erat soror Aimerici et heretica pessima, in puteum projectam, comes lapidibus obrui fecit. Innumerabiles etiam hereticos peregrini nostri cum ingenti gaudio combusserunt.

Ibid. ch. 227, (1211).

latibulum, i, n.: виселица

furca, ae, f.: рогатка (орудие пытки)

festinatio, onis, f.: поспешность

peregrinus, i, m.: паломник

puteus, i, m.: колодец

obruere: заваливать

comburare, a, is: сжигать

ИСЛАМ

Отношения между христианами и мусульманами не всегда были напряженными; это хорошо видно при прочтении письма папы Григория VII королю нынешнего Марокко. Вспомним также и часы, подаренные Карлу Великому арабским халифом (см. с. 43)

Христианские пленники, о которых здесь идет речь, очевидно, были известными «барбарскими пиратами», избородившими Средиземноморье. Вспомним биографии Сервантеса, Сен Винсента де Поля, или же почитайте «Проделки Скапена» Мольера.

ПИСЬМО ПАПЫ ГРИГОРИЯ VII МАВРИТАНСКОМУ КОРОЛЮ

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, Anazir regi Mauritaniae Sitiphensis provinciae in Africa, salutem et apostolicam benedictionem.

(...) Missis etiam ad nos muneribus, christianos, qui apud vos captivi tenebantur, reverentia beati Petri principis apostolorum, et amore nostro dimisisti, alios quoque captivos te dimissurum promisisti. Hanc bonitatem creator omnium Deus, sine quo nihil boni facere, immo nec cogitare possumus, cordi tuo inspiravit; ipse qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joann. i) in hac intentione mentem tuam illuminavit. Nam omnipotens Deus, qui omnes homines vult salvos facere et neminem perire (I Tim. ii) nihil est quod in nobis magis approbet quam ut homo post dilectionem suam hominem diligat, et quod non vult sibi fieri, alii non faciat (Matth. vii). Hanc itaque charitatem nos et vos specialibus nobis quam caeteris gentibus debemus¹, qui unum Deum, licet diverse modo, credimus et confitemur, qui eum Creatorem saeculorum et gubernatorem hujus mundi quotidie laudamus et veneramur (...)

Atque ut ipse Deus in sinum beatitudinis sanctissimi patriae Abrahae post longa hujus vitae sparia te perducatur, corde et ore rogamus.

Sitiphensis, e: из Сетифа, г. в Алжире

dilectio, onis, f.: любовь

specialis, e: принадлежащий

Письмо, которое вы только что прочитали, написано в 1076 г.; через двадцать лет все изменилось, — Запад начал войну. Один нормандский сеньор отправляется в крестовые походы; может быть, он слышал проповеди Петра Пустынника из Пикардии.

Контракт, который подписывает этот господин, позволяет понять, какие материальные проблемы возникали во время подобных экспедиций: «Когда каждый торопился стяжать путь Божий, как оворит Гильберт де Ножан, современник, все незамедлительно обращали в наличные деньги все, что не могло пригодиться в походе (...) Все, что стоило дорого, было необходимо в дороге, — остальное продавалось за бесценок».

Этот контракт, как и всякий деловой документ, по стилю строг и безличен. Однако эта сухость, в особенности жесткость поставленных условий, которых вы можете даже не заметить, выражает неукоснительную твердость и ясность принятого решения.

*ПЕРЕД ТЕМ КАК ОТПРАВИТЬСЯ В КРЕСТОВЫЕ ПОХОДЫ,
НОРМАНДСКИЙ СЕНЬОР ОТДАСТ В ЗАЛОГ СВОИ ЗЕМЛИ*

Willelmus de Wasto, filius Gisleberti, vadens in Jerusalem, dimisit ecclesiae Fiscannensi et domno Willeimo tercio, abbati, terram suam per tres marcas argenti, tali modo ut, quando redierit, reddat hanc pecuniam et recipiat terram suam. Sciendum autem quod omnes census terrae suae habuit ipso anno quo eam dimisit; similiter et ecclesia Fiscannensis omnes census illius anni habebit quo terram reddet. Quod si non redierit, sorores ejus vel propinquiores parentes reddent tres marcas argenti et habebunt terram. Census tamen illius anni, quo terra vel Willeimo vel parentibus ejus reddetur, semper ecclesia Fiscannensis accipiet et habebit, sicut in dimissione terrae a Willeimo accepti sunt et habiti, sic in redditione ab abbate et ecclesia Fiscannensi accipientur et habebuntur.

Ista conventio facta fuit V idus septembris anno M^o XC^o VI^o ab incarnatione Domini, et ad hunc terminum fiet terrae redditio vel retentio.

Testes hujus conventionis: Antonius monachus, Hugo de Staningis monachus, Berengerus de Wasto, Adsclinus, Tuoldus de Wasto.

1. N.B. Constmire: Hanc charitatem quam ceteris gentibus debemus, nos et vos specialibus nobis [gentibus debemus].

Fiscannensis, e: из Фекана

domnus, i = владение

marca, ae, f.: марка (земельное владение)

scire quod = солецизм, *зд.* желательна инфинитивная конструкция

census, us, m.: пошлина

ОБРАЗОВАНИЕ МИССИОНЕРСКИХ ОРДЕНОВ В XIII ВЕКЕ

Quia cordi est nobis ilia (...) perficere, per quae salus animarum proveniat et fidei christianae religio dilatato tentorii sui loco funiculos suos facial longiores, quosdam pueros tam in arabica quam in aliis linguis orientalium partium peritos Parisiis mitti (jubemus) ad studendum, ut, in sacra pagina docente vias mandatorum Domini eruditi, alios in ultramarinis partibus erudiant ad salutem. Ne igitur iidem pueri, qui jam sunt decem Parisiis, ab incepto studio pro necessariorum defectu desistere compellantur, mandamus (...)

Письмо папы Иннокентия IV канцлеру Парижского университета. 22 июня 1248 г.

dilatare: расширять

tentorium, ii, n.: власть

funiculus, i, m.: связь

Parisiis = i Paris

defectus, us, m.: потребность в...

pagina, ae, f.: страница

ultramarinus, a, um: заморский

erudire: обучать

desistere ab +Abl.: отказываться от

compellere: принуждать

ЕВРЕИ

Вы изучали историю еврейского народа, живущего когда-то в Палестине. Религия Израильского народа, основанная на текстах Ветхого Завета, распространилась в некоторых районах Римской империи, когда в I веке до Р.Х. евреи были изгнаны с родной земли. Они расселились по всей Европе; когда же христианство победило язычников, евреев стали считать врагами истинной религии, потому что христиане обвиняли их в том, что они отказывались признать Мессию в личности Христа, и в том, что они Его распяли. Последующие решения Соборов Толедо дадут вам представление о том, какого было положение евреев в средние века:

СЕГРЕГАЦИЯ

— Judaei ad fidem conversi cum remanentibus in veteri ritu non communicent.

Nulla communicatio sit Hebraeis ad fidem Christianiam translatis cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne eorum participatione subvertantur, quicumque hoc non servaverint, et hi christianis donentur, et illi cum quibus prohibitum est eis conversari, publicis caedibus deputentur.

— Judaeus ab uxore fidei separetur, nisi ad fidem accesserit.

Judaei qui Christianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab Episcopo civitatis illius, ut, si cum eis permanere cupiunt, christiani efficiantur — Quodsi admoniti noluerint, separentur — Filii autem qui ex talibus nati sunt, fidem et condicionem matris sequantur — Similiter et illi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, et fidelibus viris, christianam religionem sequantur, non Judaicam superstitionem.

— Judaei publicis officiis non praeficiantur

Constituit sanctum concilium, ut Judaei aut hi qui ex Judaeis sunt, officia publica nullatenus appetant, nec illa exercere judices provinciarum permittant. Si quis judex hoc permiserit, excommunicetur, et is qui surreperit, publicis caedibus deputetur.

— Quod non liceat Judaeis christianos servos habere.

Judaeis nullo modo liceat christianos servos nec Christiana mancipia emere — Si contra fecerint, ablatam ab eis a principe libertatem consequantur.

Concilium Toletanum IV, Acta. 681.

conversus, a, um: обращенный

ritus, us, m.: религия

communicare: иметь отношения

participatio, onis: знакомство

subvertere: возобновлять

servare: исполнять

conversari cum aliquo: общаться с кем-л.

deputare: предавать

praeficere: назначать

nullatenus: никоим образом

surripere: получать обманным путем

inancipium, ii, n.: собственность, зд. раб

fecerint: иудеи выступают в качестве подлежащего

consequantur: рабы выступают в качестве подлежащего

consequi: получать

ab eis a principe: нужно обратить внимание на два значения *ab*

Евреям была запрещена собственность на землю, и они вынуждены были заниматься городскими ремеслами и торговлей. В результате, начиная с религиозных причин и кончая экономическими, сразу же возросла ненависть христиан к евреям. На протяжении всего средневековья и большей части Нового времени известны антисемитские выступления, доходившие до грабежа и резни. Прежде всего подобные жестокости были частыми в странах Восточной Европы (термин "погром", обозначающий эти разбои, пришел из России). И разве можно забыть о том, что нацисты организовали массовое уничтожение евреев, истребив 6 млн. человек, — среди которых женщины и дети?

ПОГРОМ В КРАКОВЕ (1407)



Евреи Кельна, сожженные заживо. С деревянной гравюры. Нюрнберг, 1493. *Liber Chronicarum mundi*, gt. in-fol.; Nuremberg, 1493.

(...) Maximo omnium consensu, ex universa civitate, a plebe concursum est, et spoliatio direptioque atque strages Judaeorum, quam inhibere nemo ausus erat, ex integro instauratur, vulgique furiosa temeritas, in potestatem necandi atque praedandi semel progressa, nulla cohibitione poterat averti. Quae ut facilius conquiesceret, Judaeorum domibus (a Christiano incertum est an Judaeo) incensis, et latius manante, dum nemo restringeret, incendio aedes Sanctae Annae et aliquot plateae urbis conflagratae sunt. Collegium vero Artistarum, maximo nobilium studentium conatu et labore, aegre defensum. Judaeorum nonnulli, discrimen

mortis evitaturi, in turrim Sanctae Annae, ad cerdonum habitacula spectantem, vicinam se recipiunt. In qua cum prope crepusculum se defendissent, igne adhibito succensi, se dedunt. Duravit autem strages hujusmodi ab hora diei sexta usque ad crepusculum, sub qua plures numero Judaei fuerunt caesi aut capti. Multi tamen ex eis superstites sponte baptisati. Omnes insuper Judaeorum pueri, quibus Christiani pepercerant, aut quos de mediis flammis servaverant, sacro fonte Christianorum cura renati. Thesaurorum et rerum nobilium magna suppellex, in domibus eorum reperta, direpta est. Ex quibus plerique Christianorum divites effecti, in statu et fortunis vehementer aucti sunt. Sed in domibus eorum, quiescente seditione, plures thesauri in sabulo aut cloacis celati, reperiebantur. Annus hie insignis Judaeorum strage, quae pro uno et eodem die, non in Cracovensi tantum urbe sed et in Nissa et in Francfordia, duobus Slesiae oppidis, item in Cantbuaria Anglicana civitate, anno eodem, justo Dei permittente iudicio, provenerat.

Diugos († 1480): Historia Polonica.

spoliatio, onis, f.: грабеж

direptio, onis, f.: хищение

ex integro: снова

instaurare: устраивать

manare: распространяться

Artista, ae, m.: художник

cerdo, onis, m.: ремесленник

habitaculum, i, n.: лавка

renasci: возрождаться

sabulum, i, n.: песок

cloaca, ae f.: сток нечистот

celare: укрывать, прятать

Nissa, ae, f.: Ницца г. в ю.-в. Франции, адм. центр деп. Приморские Альпы

Slesia, ae ...: ист. обл. на р. Одер

Francfordia, ae, f.: Francfbrt-sur-Oder: Франкфурт-на-Одере, г. в вост. Германии. на р. Одер

Cantbuariavitas: Кентербери, г. в ю.-в. Англии в графстве Кент

Однако подобные грабежи и убийства никогда ничего общего не имели с законом милости и любви. Кроме того, лучшие представители христианской веры нередко поднимались на борьбу против такой жестокости. Например, св. Бернар написал письмо, в котором...

Вы увидите: чтобы убедить фанатиков, св. Бернар не ссылается на права человека, а призывает к послушанию Слову того Бога, которого они, как предполагается, почитают.

ПИСЬМА СВ. БЕРНАРА ПРОТИВ АНТИСЕМИТИЗМА



Евреи, идущие в процессии на Констанский собор в 1417 г. С миниатюры из манускрипта *Chronique d'Ubrrie de Reichental*. Библиотека городской ратуши Базеля (Швейцария)

(...) fratres, moneo vos, non autem ego, sed Apostolus Dei mecum: non esse credendum omni spiritui. Audivimus et gaudemus ut in vobis ferveat zeus Dei: sed oportet omnino temperamentum scientiae non deesse. Non sunt persequendi Judaei, non sunt trucidandi, sed nec effugandi quidem. Interrogate divinas paginas. Novi quid in Psaimo legitur prophetarum de Judaeis: Deus ostendit mihi (inquit Ecclesia) super inimicos meos ne occidas eos: ne quando obliviscantur populi mei. Vivi quidem apices nobis sunt, repraesentantes Dominicam passionem. Propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, ut, dum justas tanti fadnoris poenas luunt, testes sint nostrae redemptionis. Unde et addit in eodem Psaimo loquens Ecclesia: Disperge illos in virtute tua, et depone eos, protector meus Domine. Ita factum est: dispersi sunt; depositi! sunt, duram sustinent captivitatem sub principibus Christianis. Convertentur tamen ad vesperam, et in tempore erit respectus eorum (...)

1146

(...) nonne copiosius triumphal Ecclesia de Judaeis per singulos dies vel convincens, vel convertens eos, quam si semel et simul consumeret eos in ore gladii? Numquid incassum constituta est ilia universalis oratio Ecclesiae quae offertur pro perfidis Judaeis a solis ortu usque ad occasum: ut Deus et Dominus auferat velamen

de cordibus eorum, ut ad lumen veritatis a suis tenebris eruantur? Nisi enim eos qui increduli sunt, credituros speraret, superfluum videretur et vanum orare pro eis (...)

1146

apostolus, i, m.: апостол

spiritus, us, m.: помысел

fervere: гореть, пламенеть

zeius, i, m.: стремление

teniperamentum, i, n.: необходимая доля

effugare: изгонять

pagina, ae, f.: Писание

apex, icis, m.: текст

poenas lucre: искупать своими страданиями

virtus, utis, f.: могущество

deponere: оставлять

ad vesperam: на склоне

respectus, us, m.: уважение, внимание

os gladii = острие меча

incassum: бесполезно

velamen, inis, n.: покров

emere: исторгать

Наконец, чтобы завершить этот краткий перечень войн, которые Церковь вела против своих врагов, внешних и внутренних, мы воскресим в памяти образ самого первого врага — Сатаны — и его творений, демонов.

КРАКОВСКИЙ ДРАКОН (1278)

Apud Cracoviensem dioecesim, locus quidam, et in longum et in latum notabili spatio porrectus, infestatione Daemonum, a piscatura et usu illius homines variis terroribus et impedimentis arcentium, infamis habebatur. Cum itaque eo anno hiems solito asperior provenisset, piscaturam lacus praefati tentaturi viciniore, quinque Crucibus et Sanctorum reliquis atque vexillis assumptis, lacum accedunt. Et laxatis retibus in capturam, prima quidem vice magna nitentia et labore, sagenam velut gravidam trahentes, tres tantummodo pisciculos percipiunt. Altera laxatione sagena in orbem contorta contractaque, casso labore sudarunt. In tertia vero, quae et ipsa maximam ingerebat trahentibus fatigam, captum et extractum monstrum terribile apparuit, cujus oculi rubri, ignei, et flammigeri (erant), cervix in caprarum caput desinebat. Quo viso, universi qui convenerant ingenti pavore attoniti sunt, ut, crucibus et vexillis relictis, pallati et tremebundi, quo quemque fors ferret, diffugerent. Quorum nonnulli morbidis ulceribus fuere attacti. Monstrum autem, terrore hominibus

ingesto, in aquam subtus glaciem desiliens, et per lacus amplitudinem, quasi pennigero volatu discurrens, strepitum etiam et sonitum horribilem edebat.

Diugoss († in 1480): Historia Polonica.

dioecesis, is, f.: епархия

cracoviensis, e: из Кракова, г. в Польше, первая столица Польского королевства

porrigere: простираться

infestatio, onis, f.: опустошение

piscatura, ae, f.: ловля

infamis: пользующийся дурною славой

praefatus, a, um: вышеназванный

vexillum, i, n.: знамя

adsumere: брать с собой

laxare: спускать

rete, is, n.: сеть

vicis, gen. раз

nitentia, ae, f.: усилие

sagena, ae, f.: невод

gravidus, a, um: полный

laxatio, onis f.: метание

contorquere: метать; закидывать

cassus, a, um: бесполезный

sudare: потеть

igneus, a, um: огненный

flammiger, a, um: пламенеющий

cervix, icis, f.: шея

desinere: оканчиваться

attonitus, a, um: потрясенный чем-л.

pallatus, a, um: бледный

tremebundus, a, um: трепещущий

ulcus, eris, n.: нарыв

morbidus, a, um: дурной

subtus: под + Асс.

desilire: спрыгивать

penniger, a, um: с крыльями, на крыльях, Прилаг.

volatus, us, m.: полет

6. ВОЙНА

Война, наряду с преследованиями, была особым занятием феодалов; с одной стороны, они предполагали защиту территории от неприятеля, с другой — какую-либо вражду с феодалами соседнего владения.

Сначала мы изучим некоторые эпизоды ведения осады и завоевания замков-крепостей с технической точки зрения.

Затем мы увидим — уже с моральной стороны, — как некоторые отважные люди пытались смирить свой завоевательский пыл — источник стольких несчастий.

ТЕХНИКА ВЕДЕНИЯ ОСАДЫ

Когда мы видим сегодня замки-крепости, или то, что от них сохранилось, мы задаемся вопросом, как подобные строения могли быть захвачены.


Сначала необходимо было форсировать ров, который нередко служил естественным спуском, — как в данной местности. Нередко этот ров представлял собой настоящую пропасть:

«Valles tam magnaе, рассказывает хронист, et ut ita dicam, «indescensibiles» cingebant rupes (на которых строился замок) ut, si quis vellet ad castrum accedere, oporteret eum precipitare se in abyssum, iterumque, ut ita dixerim, repere versus caelum».

Затем, поскольку ров перейден, необходимо, под ударами осажденных, атаковать стены, толщина которых нередко доходит до нескольких метров.

abyssus, i: пропасть; зд. ров

repere: ползти



Сен-Жан де Винь, аббатство каноников в Суассоне (1076); бойница и укрепления защищали подступ к нему. С гравюры из «Architecture monastique» par m. Albert Lenoir. T. I.

КАК ФОРСИРОВАТЬ РВЫ

Post haec, attulerunt nostri in magno conamine ligna et ramos, facientesque fasciculos de ipsis lignis et ramis, projidebant in fossatum ut implerent illud. Adversarii vero, utpote astutissimi, fecerunt viam quamdam subterraneam, pertingentem usque prope machinam nostram, exeuntesque de nocte per viam illam, ligna et ramos, quos nostri in fossatum projecerant, extrahebant et deferebant in castrum; quidam insuper de adversariis, accedentes prope sepedictam machinam, illos qui sub protectione machinae fossatum implere non cessabant uncis ferreis latenter et fraudulenter ad se trahere nitebantur. Quadam praeterea nocte, exeuntes adversarii a castro per viam subterraneam intraverunt fossatum, jacentesque instantissime jaculos ignitos, ignem, stupam, adipem et cetera ignis riutritiva, voluerunt comburere machinam sepedictam, duo autem comites Alemanni, qui erant in exercitu, custodiebant ipsa nocte vigilias circa machinam (...) Interea coeperunt nostri multum turbari et de captione castrum quodammodo desperare, eo scilicet quod quicquid de die in fossatum projicere possent, adversarii de nocte extraherent et in castrum deferrent. Sed, dum nostri ita turbarentur, quidam ex eis, subtilius excogitantes, adversus hostium insidias utile remedium invenerunt: fecerunt ante egressum viae subterraneae, per quam hostes egredi consueverant, projici ligna viridia et ramos, post haec apposuerunt ligna minuta et sicca, ignem et adipem et stupam et cetera ignis incentiva in ipso egressu viae subterraneae; iterumque desuper projecerunt ligna et segetes virides et herbam multam; statim fumus ex igne egrediens ita implevit totam viam subterraneam quod adversarii alterius non potuerunt egredi per viam illam prae fumo: fumus etenim, quia non poterat in altum prorumpere propter ligna et segetes virides superpositas, totam, sicut diximus, viam sepedictam implebat. Quod videntes nostri solito liberius impleverunt fossatum, quo impleto, milites nostri et servientes armati, dictam machinam ad murum usque trahentes, suffbssores muro apposuerunt; illi autem de castro ignem, ligna, adipem, lapides, sudes etiam maximos et acutissimos desuper machinam projicere non cessabant; sed, nostris viriliter et miraculose machinam defendentibus sepedictam, nec machinam incendere nec fossos a muro depellere potuerunt.

Petri Vallium Sarnaii historia albigensis, ch. 224-5.

(Осада Лаво (департамент Тарна), 1211).

conamen, inis, n.: усилие

fasciculus, i, m.: связка

fossatum, i, n.: ров

astutus, a, um: хитроумный

subterraneus, a, um: подземный

pertingere: достигать

sepedictus, a, um: вышеназванный

uncus, i, m.: крюк

jaculus, i, m.: копье

stupa, ae, f.: льняная пакля

adeps, adipis, m. et f.: жир

nutritivus, a, um: наполненный + Gen.

comburare: сжигать

comes, iris, m.: граф

captio, onis, f.: захват

subtiliter: изобретательно

minutus, a, um: расщепленный

incentivus, a, um: вызывающий

ita quod + indicativ. = вместо ita... ut + Sub. (солецизм)

fumus, i, m.: дым


prorumpere: выходить

servientes: «сержанты»

suffossor, ris, m.: саперная лопата

sudis, is, f.: кол

КАК ПРОБИВАТЬ СТЕНЫ



Таран. С миниатюры их манускрипта 17-339. Парижская Национальная библиотека.

Quibus gestis, nostri mox machinas, quae dicuntur «petrariae», ad diruendum murum suburbii erexerunt; quo muro aliquantulum pro jactu petrariarum in summitate debilitato, nostri «carrum» quattuor rotarum, bovinis pellibus coopertum, cum maxima difficultate muro applicantes, ad fodiendum murum artifices submiserunt; adversarii vero ignem, ligna, lapides projicientes instantissime, ipsum carrum statim comminuerunt, fossoribus tamen in concavitate muri jam facta se recipientibus, quos nullo modo a perforatione muri potuerunt retardare. Quid plura? In crastino summo diluculo suffossus corruit murus (...)

Ibidem. (Осада Каркассона, 1209).

petraria, ae, f.: каменоломня

diruere: разрушать

suburbium, ii, n.: предместье

aliquantulum: немного

summitas, atis, f.: верхняя часть

debilitare: повреждать

cooperire: защищать

applicare: приставлять к...

instanter: в большом количестве

comminuere: расплющивать

fossor, oris, m.: саперная лопата

concaultas, atis, f.: отверстие


perforatio, onis, f.: пробивание стены насквозь

crastinus, o, um: завтрашний

diluculum, i, n.: рассвет

corruere: рушиться

КАК ЗАЩИТИТЬ ПРОБИТУЮ СТЕНУ



Porte fortifiée de la ville d'Aigues-Mortes, qui obtint en 1246 une charte de commune ; architecture militaire du XIII^e siècle.

Укрепленные ворота г. Эг-Морта, получившего в 1246 Хартию городских коммун; военная архитектура XIII века.

Dum haec fierent, petrariae nostrae ex alia parte ad muros castris continue jaciebant, sed adversarii nostri, utpote fortissimi et astuti, quando videbant quod machinae nostrae murorum suorum aliquem debilitarent, statim prope murum illum interius de lignis et lapidibus aliud repagulum construebant: sicque contingebat quod, quotiens nostri aliquem de muris vi intrabant, impediendo repagulo quod adversarii fecerant, ulterius procedere non valebant.

Ibid. гл. 178. (Осада Термса, 1210).

1. Недалеко от Каркассона

astutus, a, um: изобретательный

continue: постоянно

videre quod... = необходим инфинитив (солецизм)

interius: внутри

contingebat quod: в классич. латыни, contingit ut...

repagulum, i, n.: заграждение

ulterius: далее

valere + Inf.: мочь...

НА ВОЙНЕ КАК НА ВОЙНЕ

Восхищение тем, что война способна испытать технические достижения, не должно позволить нам забыть о тех несчастных, втянутых в войну, особенно о мирном населении, которое опасается прохождения любых воинских частей — дружественных или вражеских.

Верная своей миссии, Церковь стремится воспрепятствовать разгулу жестокости; в следующих текстах будет видно, как она пыталась ограничить нарушение спокойствия и защитить определенные категории людей.

МЕСТО УКРЫТИЯ ОТ ВРАГОВ

Pacem autem a nobis sive a principibus olim constitutam mandamus sive firmamus ut ab hodierna die et deinceps ecclesiam nullus hominum infringat; neque mansiones quae in circuitu ecclesiarum sunt aut erunt, neque aliquid ex omnibus quae infra XXX passus sunt ecclesiae et erunt, violenter auferre audeat aut praesumere (...), excepta munitione, quae infra praedictos passus XXX ecclesiae sita fuerit ad concitandum bella et contentiones.

Собор в Нарбонне. 23 августа 1054.

mandare: объявлять

infringere: сокрушать (с надломом)

mansio, onis, f.: здание

circuitus, us, m.: соседство

praesumere: брать

munitio, onis, f.: укрепление

concitare: вызывать

contentio, onis, f.: сражение

БОЖИЕ ПЕРЕМИРИЕ

Statutum est a domno M(anasse), venerabili Dei gratia Remensium archiepiscopo, et omni conventu, in concilio Suessionis celebrato, et cum excommunicatione confirmatum, ut ab omnibus trevia Dei teneatur, et a quarta feria ante Adventum Domini usque in octavis Epyphaniae omnes dies custodiantur, et a quarta feria ante Septuagesimam usque in octavis Paschae, a quarta feria quoque ante Rogationes usque in octavis Pentecostes. Si quis autem treviam Dei infregerit, nullus eum clericus aut monachus suscipiat, postquam hoc resciverit. Quod si quis eum scienter receperit, excommunicationi subjaceat, nec ei episcopus (...) misericordiam faciat. Si quis vero treviam Dei infregerit, nolint ceteri exspectare licentiam episcopi sui, sed postquam hoc resciverint, omnes ab illo sicut excommunicate a sanctis patribus et sacrilego se custodiant (...) In pace vero sint omnibus diebus ecclesiae et atria, clerici et monachi, feminae et peregrini et qui cum eis fuerint. Mercatoribus quoque nullus molestiam inferat, neque quid ab eis, tantum debitas consuetudines, exigat.

Собор в Суассоне. (1079?)

subjacere + Dat.: подвергаться чему-л.

licentia, ae, f.: разрешение

atrium, ii: кладбище

peregrinus, i, m.: паломник

molestia, ae, f.: неприятность

demiere proposition = neve quid

ab eis exigat, sed tantum debitas consuetudines

consuetude, inis = зд., уплата долгов

domno == domino

Remenses, ium = Реймс

Suessioni, orum: Суассон

trevia, ae, f.: перемирие

teneri ab: воздерживаться от

feria, ae, f.: день отдыха

octavae, arum: продолжительность религиозного праздника, равная восьми дням

Pentecostes; Р.П. дан по-гречески

infrangere: нарушать

rescire: знать

Так, непосредственно на одной войне принимается следующий проект, который в свое время остался без всякого внимания, но который говорил о разных попытках, — увы! с различной степенью эффективности, — урегулировать разногласия между державами иным образом, нежели посредством оружия, — планы военного мира XVIII века, международный двор Правосудия, S.D.O.N.U. Этот текст, написанный более чем шестьсот лет назад, со всей очевидностью задает целый ряд принципов, использование которых до сих пор является большой проблемой для современного человечества.

То, как Церковь старается ограничить роковые последствия войны, имеет некоторое сходство с теми усилиями, которые в XX веке принимаются для того, чтобы сделать войну "гуманной" (запрещение определенных видов оружия, в соответствии с международными положениями "прав человека").



Machine roulant destinée à bouleverser les rangs de l'ennemi ou à écraser les soldats. VÉGÈCE, *L'Art militaire*, 1532.

Катящийся механизм, предназначенный для сокрушения неприятельских построений и для уничтожения солдат. Végèce *L'Art militaire*. 1532

ПРОЕКТ МЕЖДУНАРОДНОГО СУДА

Sed cum istae civitates et multi principes superiores in terris non recognoscentes qui justitiam faciant de ipsis secundum leges et consuetudines locorum, controversias movere captabunt, coram quibus procedent et litigabunt? Responderi potest quod concilium statuatur arbitros religiosos aut alios eligendos, viros prudentes et expertos ac fideles, qui (...) convenientes in loco ad hoc aptiori, jurati strictissime, datis antequam conveniant articulis petitionum et defensionum singularum, summarie et de piano rejectis primo superfluis et ineptis, testes et instrumenta recipiant, diligentissime examinent. Cujuslibet testis examinatos per duos ad minus juratos fideles et prudentes audiatur; scribantur depositiones, et per iudices strictissime custodiantur, ne fraus et falsitas possint intervenire (...)

Si altera pars de ipsorum sententia non sit contenta, ipsi iudices pro omni lite processus sententias mittant ad apostolicum sedem, per summum pontificem pro tempore existentem emendandas et mutandas (...)

Quicumque autem contra hoc salubre statutum guerram contra fratres catholicos movere presumpserint, eo ipso omnium suorum bonorum amissionem incurrant, cum omnibus auxilium eis facientibus, pugnando, victualia, arma vel alia necessaria vitae vel pugnae qualitercumque ministrando; superstites eorum, post guerram finitam, cujuscumque aetatis, conditionis, et sexus, a terris et possessionibus perpetuo fiant exules, et (...), in Terram Sanctam populandam mittantur.

Пьер Дюбуа. De Recuperatione Terrae Sanctae 12-7. написано между 1305 et 1307.

recognoscentes (eos) qui...

controversias movere: разжигать разногласия

captare: пытаться

procedere: предстоять (перед военным трибуналом)

litigare: зд. отвечать на суде

quod = ut

arbitros est id Амрибут

stricte: строго

articulus, i, m.: статья,

summarie: кратко

de piano: ясно, вразумительно

instrumentum, i, n.: доказательство; документальное подтверждение (на процессе)

ad minus: по меньшей мере

falsitas, atis: искажение факта; подделка

lis, tis, m.: спорный вопрос, спорное дело

processus, us, m.: судебный процесс

emendare: вносить поправки

guerram movere: развязывать войну

amissio, onis, f.: утрата

victualia, ium, n.: продовольствие

qualitercumque: так или иначе

ministrare: снабжать

perpetuo: навечно

populare: заселять